

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. a. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho02tom-shoot-idm139905714212880/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*

**TYCHONIS BRAHE DANI  
OPERA OMNIA**

AUSPICIIS SOCIETATIS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM  
(DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB)



Reprinted with permission of  
DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB, COPENHAGEN  
by  
SWETS & ZEITLINGER N.V. - AMSTERDAM  
1972

# TYCHONIS BRAHE DANI OPERA OMNIA

EDIDIT

I. L. E. DREYER  
TOMUS II



HAUNLÆ MCMXV  
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA

**TYCHONIS BRAHE DANI  
SCRIPTA ASTRONOMICA**

EDIDIT

**I. L. E. DREYER**

AUXILIO IOANNIS RÆDER

SUMPTUS FECIT G. A. HAGEMANN

**TOMUS II**

HAUNLÆ MCMXV  
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA

**PARÆNETICVM AD ASTRONOMIÆ  
CVLTORES.**

295

<i>ET iam strata via est, multis prius inuia Seclis, Magno equidem &amp; vigili tandem exantata labore, Scandere inacceſi liceat quā culmina Cœli, Et superas penetrare domos, habitacula Diutūm: Seu lubeat Fixas, vario ſeu tramite Motas Designare Faces, curſumque ſitumque probare Sidereum, ſummi vt conſtent Miracula JOVÆ.</i>	5
<i>Ergo agite ð Iuuenes, quibus eſt vigor acris, &amp; altus Ingenij, Genijque fauor, quibus inclita ab ortu Vranie Dium Cœli inspirauit Amorem: Et dedit Æthereis Terram ac terrefria quæque Posthabuiſe bonis: qui non temeraria vulgi Judicia, aut tetricas voces curatis inertum; Obſcuris talpas mittentes degere in antris, Perpetuo vt cœcæ maneant, velut eſe cupiſcunt; Huc ſpirate alacres, populo huc poſt terga relicto Tendite, nec Menteſ, quæ pars eſt Enthea Cœli, Hoc patrio priuate bono; Studium atque laborem Huc fertे vnamines; feſo vt ſuccurrere Regi Alphonſo liceat, pondus non viribus æquis Qui modo vicini tulerat, fuceſtor, Atlantis. Auxilium ſimul vt promptum Copernicus ingens Sentiat. Herculeo ne dum ſe inferre labori Aggreditur fidens, oneri ſuccumbat iniquo: Sicque Poli Atlantis caſi Alcidæque columnis, Ingentem iam iam nutantes ferre ruinam Cogantur, Terramque ſimul ſtatione mouentes, Barbariæ hoſpitium (craſa ignorantia Cœli    Quam pariet) cunctoſque homines pecudeſque feraſque Turbanter caſu ancipiti, cœciſque tenebris, Antiquoque chao miſcentes atria Mundi. Hoc prohibete nefas, pronoque occurrite damno, Et mecum excelſum validis conſcendite Olympum Viribus, vt fiſas mature occludere rimas, Et ſtabilire nouis Cœli laquearia tranſtris, Iamque prius liceat, quam Machina tota fatiſcat.</i>	25
<i>Ecquis adeſt igitur, pulcram hinc meruiſe Coronam, Obrizo, gemmis, ebore, &amp; rutilante pyropo, Conſpicuam, firmamque magis, ſeciliſque perennem,</i>	30
	296
	40
	Qui

Qui volet, atque animis animum sociare supernis?  
 Ecquis Terricolas inter, quos continet orbis,  
 Inumeros dabitur, cui tam sublimia cordi?  
 Ecquis & Autorem Mundi, per condita vasto  
 Tot miranda Polo spectacula agno/cere gefit?  
 Sicne omnes pariter tanta ad quæfita siletis?  
 Quid muſare iuuat? Manus eft adhibenda labori:  
 Ut tandem abſtruſi pateant mysteria Cœli.  
 Si quos ambitio, lucrum, ignorantia, luxus,  
 Tam celsis retrahunt auffis, & ad infima trudunt:  
 Saltem alijs parcant nec commoda summa retardent.  
 Ipſe ego, ſi facili aſpirent mihi Numinia vultu,  
 Et ſuperare alto dederint obſacula quæuis,  
 Conſtantique animo, velut hac tenus: omnibus vltro  
 Annitar nerris, magni penetralia Cœli  
 Pandere Terrigenis, teſtoſque aperire recebus.  
 Tu modo mirifici ſapiens fundator Olympi  
 Annue, & adfer opem tua facta ſtupenda notanti. ||